

43 alios, quod dictio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo).
44 Quod & idem dicendum venit de gerundio, prout dando, pagando, entregando, restituendo, &c. quod & inducit conditionem, & formam, in actu gerendo adhibendam præcisè Bald. in l. falsus. C. de furt. B. l. 1. n. 36. ff. de condit. & demonstr. Greg. Lopez. in l. 27. t. 5. part. 5. gl. verbo, el pretio, circa fin. Etob. de ratio. c. 38. n. 14. & quod inducat necessitatem, & præceptum gerundium, adjectivum, vel participium, habetur in rubrica de edendo. lll. in rubrica ff. de lib. & posth. n. 23. Navarr. conf. 2. n. 3. tit. de celebr. Miss. l. 3. Cened. in quest. canon. q. 3. n. 13.
45 Et hinc est quod dicit Bald. in l. 1. n. 4. vers. concludo ergo. C. de jur. & fact. ignor. quod si sententia lata est sub conditione, vel modo, semper opponi potest de defectu ipsius conditionis, vel modi non impleti, sequitur Socin. junior in conf. 97. n. 8. vol. 1. Bald. in l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam. Castr. conf. 217. n. 2. vol. 2. Petr. Surd. d. conf. 186. n. 13. & n. 36. ubi reddit rationem, quia eodem tempore, eodem instanti, & ex eodem fonte
47 oritur actio, & exceptio, quia tunc agens non tam ab alio repellitur, quam à semetipso repelli intelligitur, docent etiam Bald. in l. ex his prædit. n. 1. C. de exact. & post Bald. & Alex. ita concludit Nat. conf. 474. n. 35. Cravet. conf. 37. n. 15. & in conf. 151. n. 10. B. d. conf. 45. n. 14.
48 Et facit, quoniam si actor in actione includit, & deducit simul exceptionem, suo ligone se percuit, eique incumbit onus probandi exclusionem exceptionis, ita eleganter Ferrer. conf. 53. n. 11. Calliador. decif. 10. n. 19. de rescript. Marefc. variar. resol. l. 2. c. 1. n. 34. Et hæc exceptio, quæ oritur ex eadem sententia, adeo præcisè est, ut sit verificanda in executione, etiam si requiratur alioreum indaginem Castr. conf. 270. n. 3. in l. dub. vers. allegata vero, vol. 2. Ruin. conf. 22. n. 9. vers. secundo respondeatur. vol. 1. Petr. Surd. d. conf. 186. n. 22.
50 Et hinc etiam provenit, quod quotiescumque in ventre instrumenti, & cuius vigore executivè agitur, oritur defensio, & exceptio nullitatis, tunc suspenditur executio, quoniam ipsa legitima nullitatis exceptio impedit, Bald. in l. §. & parvi. n. 3. ff. quod vi aut clam. Alexand. conf. 20. n. 2. & l. 6. Sarnet. in compend. signature. n. 84. Aquil. dec. 3. Felin. rub. de except. n. 1. Soc. conf. 27. n. 3. vers. secundo compul. l. 3. ff. conf. 170. vers. & si dice-
51 retur. l. 2. Calliad. decif. 10. de rescript. Et ratio est, quia nullitas instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata non potest dici constare de obligatione. Afflict. decif. 285. n. 1. Roman. conf. 42. Marefc. variar. resol. l. 2. c. 131. an. 23. qui testatur, ita fuisse decifum per Rotam in una Roman. domus & nullit. coram Cardin. Palloer. & in una Neapol. nullit. instrum. 4. Julii 1754.
52 coram Cotta. Quæ quidem exceptio pariter admittenda est (quando scilicet oritur ex ventre instrumenti, & sententia,) etiam si requiratur alioreum indaginem, quia talis exceptio nullitatis censetur exclusæ; ita etiam docent Calliad. decif. 10. de rescript. Sarnet. in compend. signat. n. 99. & 85. Bald. in l. ex prædit. c. 1. C. de evictio. Roman. conf. 42. n. 3. Decius conf. 8. n. 7. cum similib. Marefcot. ubi proxime n. 36. & circa hæc exceptionem vide quæ nos c. 7. vers. hinc etiam pariter à num. 99. hæc 4. p.
53 Unum tamen animadversione dignum, inserere duxi, quod scilicet, appositæ conditiones aliquando respiciunt ipsam condemnationem, aut principalem dispositionem, tunc illam reddunt conditionalem, at quando conditio apponitur in executivis sententiæ, aut alterius dispositionis quia non respicit ejus substantiam, sed ejus effectum dumtaxat, (ut in hac de qua loquimur,) & tunc non facit sententiam contractum, nec principalem dispositionem conditionalem, imò pura remanet, effec-

tus tamen executio, & satisfactio suspensa est, & dilata in tempus. Ita post alios mirabiliter docet Natta conf. 453. à n. 1. tom. 2. ferens notata per Bald. in additio. ad Speculat. tit. de instrument. editione column. fin. & in leg. Cod. de iure doctis, quem refert & sequitur Alex. in leg. qua doctis, col. 5. vers. 7. fallit ff. soluto maritum. Bald. in l. ex bis, opposit. 1. C. quando dies legati cadat; & est optimum consilium Oidradi 114. factum tale est. Tiraquel. in tractatu de Jure constit. 3. part. limit. 2. & est de mente Alex. quem refert Neguz. de pignor. 2. p. princ. memb. 2. n. 4. & ad multos admirabiles effectus ex hac infert doctrina Natta per totum illud consilium videndus.
Quare merito in nostra principali difficultati ref. 55 pondet Paul. de Castr. confil. 270. Anr. de Fran. Neg. ubi proxime 3. p. princ. mem. 4. n. 10. vers. 3. conclusio. & nostras Joan. Garcia in tractatu expens. & melior. at. c. 6. n. 18. quod executor verba sententiæ debet attendere, ita ut si in sententia de meliorationibus prius solvendis 56 mentio fiat prius solvantur, quia ordo literæ servandus est, & à forma sententiæ non est recedendum, l. cum post sen. l. ex stipulato, Cod. de sen. & in l. omnium jud. dicit etiam Peregr. de fideic. art. 50. n. 69. Marefc. variar. resolution. l. 2. c. 112. n. 27. & ex dicendis ulterius apparebit.
Sed ille casus difficilis est, quod erit quando sententia 57 simpliciter condemnat ad rei restitutionem, rebus melioramentorum expensis, scilicet pagando los gastos, &c. an poterit executor prius rem restituere, & postmodum satisfacere condemnato de melioramentis, saltem sub fideiussore. In quo breviter regulariter negativam partem veriore esse, censeo, tum ex natura ablativi absoluti, qui facit conditionem, & induit formam, & ordinem non transgressurum, sed irritantem, quæ omnimodo præcedere & verificari debet, adimplerique in specifica forma, non per æquipollens, hoc est, fideiussorem oblatum admittendo. l. promissor. §. fin. de constit. pecun. gloss. in l. ff. si certum petat. & in leg. satisfactio, ff. de solut. Tiraq. de retr. lignag. §. 3. gloss. 3. n. 14. optimè multa bona adducens fundamenta in proposito Petrus Surd. conf. 186. à n. 29. tom. 2. ergo præposteriori patienda non est.
Deinde quoniam condemnato ad rei restitutionem 58 competit illius retentio, donec ei de melioramentis satisfiat, & huiusmodi exceptio suspendit executionem, etiam si de ea fuisset oppositum in principali iudicio, dummodo de ea non fuerit iudicatum, plurimos adduximus supra hæc 4. part. c. 7. vers. sed major stat. diffi- cultas à n. 72. tenent insuper Speculator tit. de execut. sententiæ, §. postrem. vers. quid si bona adisse. & ibi latè Jo. Andr. in additio. Bald. in l. si fundus, l. 6. n. ff. de rei vindic. Ripa in l. ubi pure, §. quid in distrabendis ff. ad Trebell. Dec. confil. 18. n. c. Aymon. Crav. confil. 148. n. 1. Roland. à Valle plures referens in conf. 28. n. 3. l. 1. Tiraquel. de retract. convent. §. 7. gloss. 1. n. 14. Neguz. de pignor. §. parva memb. 4. 10. vers. secunda conclusio. Beneintendi decif. 67. n. 1. Boerius decif. n. 9. Pontan. de spolio, lib. 4. n. 63. Gallef. de obligatio. Camerari. in 4. part. quest. 2. n. 12. Bursatus conf. 66. n. 3. lib. 1. Lancelot. de attent. 3. part. cap. 25. quæ. 29. n. 10. & pluries ita determinat Rotam, cuius decisiones refert, testatur Marefcot. resol. var. lib. 2. cap. 112. sub n. 18. & 19. ergo executor nimis propere exequitur, prius rei restitutionem faciens, contra l. 1. C. de execut. rei jud. & per consequens nulliter ex cap. præposteriora- tionis, ex superius dictis.
Et hinc est, quòd pro huiusmodi præposterioratione 60 pars gravata agere potest nullitate, & spolio. Casar. Contar. in repet. l. unic. C. si de momen. poss. q. 24. n. 32. testantur etiam Luc. Per. in pract. Capitul. iii. de caus. nullit. n. 2. vers. & ex ratio. Marefcot. variar. resol. lib. 2. c. 121. n. 58. ut testatur, ita fuisse decifum per Rotam in

in una Rom. Salvina interdict. 19. Novembr. 1593. coram Pena, & per consequens à fortiori poterit etiam, ab huiusmodi præposterioratione ob non admissam exceptionem legitimam appellationem interponere condemnatus, ut in terminis probant ipsa Rota decifio, & Doctores citati, & iterum ipse Marefc. cod. l. 6. c. 112. sub n. 18. & consilium Alex. 85. nu. 6. vers. præterea etiam lib. 5. & consilium supra dicta in hoc cap. & latius hæc 4. part. cap. 5. à prin.
62 Quod & in tantum procedit, nam etsi ad executionem sententiæ petenti offeratur depositum, vel cautio de solvendis meliorationibus, cum fuerint liquidatæ, audiendus non est, Capic. decif. 17. Ruin. c. 84. in fin. l. 1. Tiraquel. de tract. convent. §. 7. gl. 1. n. 15. nostras Joan. Garc. de expens. & melior. cap. 6. n. 19. Gallef. de oblig. in form. Came. 4. part. q. 2. n. 11. quam opinionem contra Gozad. consil. 100. mem. 12. Beninendi. decif. 77. n. 10. & Neguz. de pignor. §. 5. part. memb. 4. n. 10. contrarium sententiæ citant, & veriore dicunt Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 59. quem amplexam fuisse à Rota affirmat Gallef. ibi. Put. decif. 12. de re jud. Marefcot. var. resol. d. lib. 2. c. 112. n. 21. ubi testatur, ita fuisse sententiam per Rotam in una Terra, Palu. 17. Maii 1559. ut in manuscriptis diversis. decif. 139. Petr. Surd. confil. 186. n. 19. tom. 1.
63 Quæ doctrina verissima est respectu ejus rei, in qua facta fuit melioratio, pro qua competet retentio, non tamen respectu aliarum rerum diversarum; nam si quis plurium fideiussorum detentor, aut possessor, si condemnatus ad omnium restitutionem, non impeditur sententiæ executio in illis fundis & corporibus separatim, & separatis, in quibus non essent facta melioramenta, quia etiam de iure pro expensis factis in una re, alia non potest retineri, ad notata in l. si non forem. §. si centum. ff. de condit. in deb. & sic respectu eorum rerum, in quibus nulla sunt facta melioramenta, sententiæ executio statim facienda est, etiam nulla præstata fideiussione. Secus respectu earum rerum, quibus expensæ factæ sunt, in quibus quidem executio suspenditur, donec fiat liquidatio, & melioramenta cum effectu probentur; ita tenet Paul. de Castr. confil. 270. l. 2. à n. 1. cum seqq. & per eum Joan. Garc. de expens. cap. 6. sub n. 19. decifio Lucan. Josephi n. 10. Rodoa. de rebus Eccle. §. de empt. nu. 6. & ita bis obtinuisse firmat Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 30. n. 69. Marefcot. variar. resol. lib. 2. cap. 122. n. 27. quod procedit etiam si in sententia apponantur illa verba [solutus prius expensis,] &c. quia cum in iis negetur secundum jus retentio, ad juris intellectum debere referri verba iudicis, dicunt Paul. Castr. Peregr. & Marefc. ubi proxime.
Quod secus erit, quando sententia rem unicam continet, vel plures, sed adeo connexas, ut una sine alia stare non possit, quia tunc non fit restitutio, quouique meliorationes actor refundat, secundum Castr. ubi proxime ad Tiraq. loco modo citat. n. 2. & 13. Marefc. n. 29. Boerius decif. 44. n. 19. Peregr. d. art. 50. n. 69. qui & Tiraq. reddunt mirabilia exempla.
66 Hoc tamen limitari placuit, quando expensæ, & melioramenta facta in una re, eisdem valorem exederent; quia tunc in alia separata poterit etiam fieri retentio, ita limitat Boerius decif. 44. n. 17. vers. illud dictum Pauli. Marefc. d. c. 12. 30. Peregr. sub d. n. 69.
Quid autem & quando melioramentum respicit jus 67 universale, puta hæreditatem, ad quam restituendam quis condemnatus fuit, nempe secundum l. fin. Cod. de edi. D. Adr. an tunc una res pro illa retineatur, & an & quando ibi non possunt de facili liquidari expensæ, an sub fideiussione relaxanda sunt bona omnia, vide plenè per Joan. Garc. de expens. & melior. cap. n. 19. per tot. ubi plures allegat, & obiter etiam Peregr. ubi prox. d. n. 69. in fin.
69 Unum tamen non omitam, quod iis casibus quibus Salgado de protecl. Reg.

dicimus, executionem sententiæ impediri, prop et huiusmodi retentionem rei, ob ex. enfas in ea facta. debet saltem prius in genere constare, & appellare de illis, quo casu Rota stylus est, ut executor præstet terminum condemnato opponenti de melioramentis, ut infra illud illa liquidet. Put. decif. 471. in fin. l. 2. Peregr. dec. 18. l. 1. & fuisse dictum in causa Roman. domus 28. Jun. 1621. coram Card. Pamp. & aliis sæpè, testatur Marefc. var. resol. l. 2. cap. 2. 21. n. 3. l. iterum c. 112. n. 20. & 22. qui 70 quidem si intra prædictum terminum sibi præfixum, melioramenta non liquidaverit, proceditur ad executionem, quia tunc stante mora, non est amplius locus retentioni, ne sit in potestate opponentis propter moram liquidandi, sententiæ executionem retardare. Put. decif. 1. de re jud. d. decif. 471. n. 2. vers. statim magis l. 2. Peregr. decif. 16. l. 2. & tenet etiam Rot. in d. dec. Rom. domus, ut testatur idem Marefc. d. c. 112. n. 20. & 32. & d. c. 121. n. 51. & tenet Socin. conf. 62. n. 3. l. 1. Acotambo. decif. 8. Rota decif. 112. p. 2. diversim. quo casu non dicitur executor præposteriorationem executioni, & sententiæ. Vide sursum hoc cap. à n. 67. & supra.
Illud denique adde, quòd etiam in his casibus, quibus diximus, præposteriorationem, & perturbationem ordinis causare nullitatem, limita ubi defectus processus, ut in terminis tenet Cardin. Tusc. pract. conclusum. 6. lit. P. concl. 519. n. 11. & n. 20. Alexand. consil. 34. viso processu n. 3. & n. 4. quem referens sequitur Tulch. ibi, & generaliter, quòd confessio partis validet omnes defectus ordinis judicialis, processus, latè Masat. de probat. lib. 1. conclus. 244. n. 4. & concl. 357. n. 3. ubi de communi Rolan. consil. 31. n. 4. lib. 1. infinitos congerit Fatimac. in pract. crim. tom. 2. q. 81. cap. 2. à n. 66. cum pluribus seqq. ubi multis modis ampliat, pariter & limitat.

CAPUT XIV.

De effectibus repositi excessus, & an tertio rei possessori non citato, etiam clerico, afficiat? Et an fructus non expressos comprehendat; & an excessus totam vitiet executionem, vel is solus dumtaxat reponendus, & insuper facta semel executione, si res iterum deveniat in potestatem condemnati, alia executoriales novæ an requirantur?

SUMMARIUM.

- Executio revocata & reposita, an officiat tertio rei emptori ipsius executionis virtute, n. 1.
Redduntur exempla, n. 2.
Res inter alia tertio non præjudicat, nec contra à non nominatum in sententia ejus executione committitur, n. 3.
Executione sententiæ, cuius virtute tertius emptor possidet, revocata, ut ipsa res non sit restituenda, sed pretium à creditore evocandum, quis dixerit, n. 4.
Executione revocata, cuius virtute creditior in solutum rem accipit, restituenda res cum legitimis accessionibus, n. 5.
Revocata executione in gradu appellationis, creditorem damnandum ad res oblatas restituendas, vel assumptionem, damna & expensas, qui dixerit, n. 6.
Arcebedi sententia in re hæc refertur, n. 7.
Tertio emptori in subbastaione pro executione, si hæc revocetur, illi nocet citatio, n. 8. & 9.
Res in solutum data mulieri virtute executionis, que in gradu

gradu appellationis revocata fuit, an hac revocatoria exequi possit contra virum, cui hanc rem appellatione pendente dederat in dotem mulier, n. 10. Sententia in formativa executionis, cujus contemplatione tertius vel per subbationem, vel aliter, rem possidet, ipsi tertio etiam non citato, & etiam clerico officit, & in illum directe exequitur, n. 11. Tertius possessor rei subbata, vigore executionis a qua est appellatum, non habet jus in ipsa principaliter, & de per se, sed dependens causatum & derivatum a jure princ. creditoris, pro cujus jure subbata fuit, n. 12. Sententia lata cum eo principaliter negotium tangit, praedicta habentibus jus secundario & in consequentiam, & derivati ab illo etiam non citatis, & ignoratis, n. 13. Sententia in formativa executionis per appellationem revocata, cujus occasione tertius possidet rem subbata, & est legitimus contr. actor, officit ipsi tertio etiam non citato, cui res tangit in consequentiam, n. 14. Commodum secundario contingens non est considerabile, num. 15. Principale quod agitur inspicitur, non quod venit in consequentiam, & accessorie, n. 16. Actus non dicitur factus in praedictum illum cui principaliter non obest, sed secundario, n. 17. Origo a qua caetera vim capiunt, magis attenditur & nobiliter habent, n. 18. A radice infecta procedens, pullulare non potest, n. 19. Ex eadem radice si multiplex vitium nascitur eodem modo tollitur & resolvitur, n. 20. Vitium parvum in principio totam massam corrumpit, num. 21. Origine falsitatis data, omnis actus dependens est nullus, n. 22. Fundamento sublato totum aedificium corrui, n. 23. Fundamento deficiente superaedificari non potest, n. 24. Principio omissio, non potest fieri transitus ad extremum, num. 25. Causa prima semper representatur in secunda in quam influit, n. 26. Auctoris jure resolutio resolvitur jus tertii absque facto hominis, sed juris ministerio, n. 27. Sententia lata super causa, censetur lata super causato, num. 28. Provisus de quarta portione, cujus vig. optavit dimidiam & successore integram, sententia declarans primam provisionem nullam, in portione optata exequitur, n. 29. Clericus beneficio privatus ob contumaciam aliquam, non verò delictum, & alteri collatum, si comparans absolvetur, illud recuperat a tertio, n. 30. Causarum multa permittuntur qua alias directo non permittentur, n. 31. Judex secularis licet non possit directo clericum coram se litigantem compellere ad compromittendum, potest tamen causative denegare illi audientiam, n. 32. Evictio per sententiam canonicam quem quis optaverat dimissa portione qua alteri fuit collata, huic nocet sententia etiam non citato, quia ad portionem redditus condemnatus, n. 33. Et idem erit si plures gradatim optaverint, quia primus optans, condemnatis caeteris gradatim officit, n. 34. Defectus in primo gradu, qui est causa aliorum successivae, primo gradu evictio restituitur adversus secundum, & ista adversus tertium, & sic de singulis, quia influit in causato, n. 35. Minori restituitur per sententiam adversus venditionem, cujus causa vel legal solvitur, sententia officit publicano, n. 36. Restitutio redigit omnia ad primum statum etiam adversus tertium, n. 37. Condemnato retractante rem aditam intra tempus legis vicigal a publicano recuperat etiam, cujus jus pendebat ab hac causa variabili, n. 38.

Restitutio facta juris dispositione, causa quae inest à primordio tituli, prajudicat tertio, & contra eam operatur, n. 39. Restitutio per viam hujus inhaeret à primordio, ita ut jus transferentis non fuerit liberum à principio, quod ideo rescissioni est subiectum, n. 40. Restitutio juris ob injustitiam comprehendit bona ablata, & in fisco incorporata, sed alienata in tertium possessorem, n. 41. Restitutio à Principe facta etiam ex gratia, dicenti haberi pro non facta confiscatione, & esse irritam, jus tertio tollitur, & omnia provenientia ex tali condemnatione resolvuntur, n. 42. Sententia revocata per aliam, prima dicitur illicite processisse & omnia acta pro illa illicite attentatis corrumpunt ipso jure, n. 43. Executio vigore sententia postea revocata, consideratur retro ac si facta non sit, nec sententia lata, n. 44. Revocata executione, cujus contemplatione tertius possidet, ipse comprehenditur, n. 45. Qualitas resolutiva transit in tertium emptorem vigore executionis, quia inhaeret à primordio, n. 46. Jus tertii ex causa executionis non est actus stans de per se, sed dependens à jure creditoris, n. 47. Ad rescissionem antecedentis sequitur rescissio subsequens, n. 48. Jura duo causata ex una radice, una ambo rescissione tolluntur, n. 49. Tertius rei emptor in subbatione comparens in appellationis iudicio, vel citatus, vel sua sponte, aliter rem illam & possessionem defendere non potest, quam ex jure creditoris, à quo suum secundario dependet, n. 50. Tertium in possessorem ex subbatione executio postea revocata influit, qui rem restituere tenetur, n. 51. Revocata executio cujus contemplatione tertius possidet, ipsi nocet, n. 52. Sententia si facit jus quoad omne lata contra principalem, nocet etiam tertio possessori, n. 53. Rescissio executione per appellationem retro nihil factum esse intelligitur, & ejus vigore venditio habetur pro non facta, & bona à quolibet possessore restituantur, ac si a potestate domini existant, n. 54. Tertio emptor vigore executionis jus acquiritur revocabilitate & obnoxium appellationi ob executata interposita, n. 55. Tertius in executione rem subbata cum qualitate, & tacita conditione resolutiva, & variabilis à principio, sciens rem vendi ex jure litigioso, n. 56. Actum gerens submititur legibus & conditionibus ejusdem, n. 57. Qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet ejus conditionem, n. 58. Executio, cujus occasione ob venditionem gabellarius perceperat decimam per appellationem, revocata tertio gabellario etiam non citato nocet, n. 59. Quia cum legitimo contradicere lata est rescissio, & ideo nec appellare potest ab ea gabellarius, nec alium recursum habere, nisi doceat de solutione, n. 60. Rescissa alienatione è jure, vel à iudice, executio procedit contra singularem possessorem, n. 61. Sententia lata contra auctorem, nocet successoribus etiam non citato ex capite juris resoluti, n. 62. Sententia in formativa executionis, cujus contemplatione tertius possidet, illi etiam clerico officit non citato, n. 63. In tertium emptorem executio locum habet vigore pacti de non alienando apposito hypotheca, n. 64. Pactum de non alienando non operetur executionem in tertiam, an debeat apponi hypotheca, an sufficiat generali, n. 65. remissive. Sententia inter creditorem & debitorem sufficit etiam si non dicitur tertius possessor hypotheca cui pactum, de non alienando erat appositum, ut in eum executio procedat, n. 66.

Executio

Executio revocata, omnia retro judicatur irrita & infecta ipso jure, n. 67. Excessus à principio causat nullitatem manifestam in executione, n. 68. Possessione non privat executor inordinatè procedens, nec acquiritur ei cui tradidit, n. 69. Executor secularis an possit sententiam repositionis executione, cujus contemplatione clericus possidet in bunc exequi, & rem avocare declinatam, n. 70. Executor secularis sententia lata inter laicos erit competentis cognoscendi, an sententia officiat clerico, ut tertio comparenti & declinanti, n. 71. Clericus ad impediendam executionem sententiae latae à iudice laico ratione suae possessionis, debet coram eo oppositionem facere, n. 72. Clericus si voluerit contradicere & missionem in possessionem petitam à laico, debet iudicem adire, n. 73. Clericus executioni factae à iudice laico se opponens debet coram eo de sua possessione summam docere, ut declinatoria locum habeat, n. 74. Neapolitana vicaria cognovit de oppositione & declinatoria clerici comparens executioni sententia lata in eadem vicaria, n. 75. Affecta res si transeat in clericum, quam detineat ejus respectu iudici seculari non tollitur iurisdiclio, n. 76. Possidere quem vel in possessione esse, qualis est facti non juris, n. 77. Judex laicus competens est de facto rei spiritali incidenti, n. 78. Sententia executionem ad impediendam de solo & mero facto possessionis tertii oppositoris cognoscitur & tractatur, n. 79. Judex laicus à se capto opponente esse clericum cognoscit ad effectum ut nullatenus differatur remissio, & de ratione, n. 80. Judex secularis potest cogere clericum ut sibi ostendat ea quae est allegatur coram Ecclesiastico, ut videat an sint conclusiva alias procedat, n. 81. Laici omnes presumuntur, quando de contrario non ostenditur, n. 82. Declinatoriam opponere debet captus, & ostendere titulum clericatus, cum sit fundamentum suae intentionis, de quo cognoscit laicus, ut sciant an captus de sua sit iurisdiclio, n. 83. Possessionis sua conservationem petens dicitur defensor non actor, n. 84. Tertius possessor aliis reus, opponens se executioni trium conformium, actoris partes sustinet, & si est clericus declinat iudicis laici iudicium, n. 85. Actor dicitur, qui alium ad iudicium provocat, etiam si aliis sit reus, n. 86. Captus profuga si citat ad iudicium ut declaretur captura nulla, in iudicio nullitatis dicitur actor, n. 87. Clericus si sententiam per secularem latam nullam dicit coram iudice seculari, debet nullitatem proponere, n. 88. Executor laicus an possit exequi in cler. sentent. inter laicos, & à laico latam, qua illi ex natura causa secundario & in consequentiam, vel aliam, omnino de jure praedicta, vel an requisitoria litera sint necessaria, n. 89. Judex secularis eligens clericum ut depositarium, potest & ipse cognoscere ut depositum restituatur, n. 90. Et quid actualiter cogere, Marta opinio refertur, ib. & n. 105. Judex secularis clericum deputans sequestrum, cognoscit de ipso restituendo, n. 91. Sed executio per quem iudicem sit faciendae actualis, Marta opinio refertur, ibid. resolvitur, n. 105. Iudicem secularem casibus quibus potest contra clericum ferre sententiam, eam non posse exequi, sed Ecclesiasticum ad ejus instantiam, qui teneat, n. 92. Sententia inter alios lata exequitur de reo, & sine novo processu in possessorem rei litigiosae, n. 93.

Salgado de protect. Reg.

Litigium vitium omnes etiam Ecclesiastico ligat, n. 94. Sententia lata per iudicem laicum licet clericum tertium rei litigiosae possessorem noceat, an possit per eum exequi in clericum, Marta opinio refertur, n. 95. reprobat, n. 122. Iudicem laicum posse sententiam à se latam contra clericum casibus quibus cognitio jure pertinet, vel alter sententia ex natura causa nocet clerico realiter in ejus bona exequi, ut verior opinio resolvitur, n. 96. Iudici seculari eadem ratione qua sibi causa cognitio in clericum pertinet; ita etiam executio in temporal. n. 97. Executio sententiae ad illum iudicem debet spectare qui de causa principali cognoscit, n. 98. Judex Ecclesiasticus casu quo de laico cognoscere potest exequi tamen non potest in illum bonis temporal. n. 99. Bona temporalia clericorum cum sint in territorio Regis, illi subiciuntur, n. 100. Ecclesiasticus iudex ultra ambitum Ecclesiae & pertinentiam ad spiritualia nullatenus censetur habere territorium, n. 101. Ordinarius in casibus quibus potest contra Religiosos & alios exemptos à sua iurisdiclio procedere potest suam exequi sententiam absque literis requisitoris, n. 102. Gabellam debitam à clerico negotiatore, potest iudex laicus exigere & exequi in temporalibus captis pignoriibus, salva tamen persona, n. 103. Clericus an sit negotiator nec ne ad effectum exigendi gabellam si sit dubium, iudex secularis cognoscit, n. 104. Judex laicus clericum à se depositarium, seu sequestrarium electum, potest compellere captis pignoriibus ad restitutionem depositi & sequestri, n. 105. Casus plurimi remissive referuntur quibus iudex laicus contra clericos procedit, & actualiter exequitur in eorum temporalibus bonis, & compellit captis pignoriibus, n. 106. Marta opinio reprobat, quia loquitur contra communem (ut affertur) n. 107. In clericum nulliter nanciscentem rem casu quo fingitur illam non exigere potestatem laici, executio procedit per laicum iudicem, ut in exemplis, n. 108. In clericum tertium possessorem rei, cui erat oppositum pactum de non alienando, executio fit directo per iudicem secularem, n. 109. Litigiosam rem alienatam lite pendente in clericum, potest iudex secularis ab illo avocare, & in eum sententiam latam exequi, n. 110. Vincentii de Franch. opinio & fundamentum refutantur, n. 111. & seqq. Rescissio alienationis in fraudem requirit ordinem iudiciale, n. 112. Alienatio in fraudem parata executionis ex actione personali an requirat rescissionem, n. 113. Alienatione facta capto iudicio super actione personali, executio fit in tertium possessorem, n. 114. Alienatio facta dumtaxat in fraudem creditoris, scilicet ante tantam litem super actione personali, requirit rescissionem, n. 115. Possidere qui dolo de sui pro possessore habetur, num. 116. Alienatione facta in clericum, vel alium, simulate, ita ut appareat rem non exire de potestate contenti, vel conveniendi, etiam in illum per laicum iudicem fiet executio, n. 117. Alienatione dolosa verificata in tertium suae executio, num. 118. Clericus factus per delictum perpetratum in fraudem, condemnatus per secularem, & in ejus temporalibus ipse exequitur penam pecuniariam, salva tamen persona clerici, n. 119. Privilegium per fraudem acquisitum nihil prodest acquirenti, n. 120. Judex secularis magis dicitur iudex causa quam clerici, quod post delictum fraudulenter suscipit ordinem, n. 121. Marta opinio reprobat astrictis, in clericum rei

litigiosae

litigiosum possessorem non fieri executionem per iudicem laicum, n. 122.
 C. Eccl. Clem. i. lite pendente interpretatur, n. 123. & seqq.
 Summus Pontifex est dominus temporaliis urbis Romane, quia est de patrimonio Ecclesie, n. 124.
 Possessio vigore l. h. C. de edicto divi Adria. clerico data per iudicem laicum, comparent legitimo tertio oppositore, revocanda est per eundem laicum, cuius jurisdictionem clericus non declinat, n. 125.
 Clausula (salvo jure &c. in missione ex l. h. de edicto divi Adria. tacite subintelligitur, si non apponatur, n. 126.
 Res per clericum adeptam vigore executionis attentata ex cessiva, inordinata, aut aliter nulla postmodum rescissa, ab eo advocari potest per iudicem laicum, n. 127.
 Possessione non privata executor nulliter procedendo, nec ab accipiente acquiritur, n. 128.
 Cler. possessione carens rei executionem non impedit, n. 129.
 Iudex Ecclesiasticus non potest inhibere executori laico exequenti clericum in temporalibus in casibus quibus sententia à seculari lata virtualiter & ex natura cause aliter ut prajudicat clerico, n. 130.
 Inhibere iudex Eccl. poterit executori laico, exequenti clericum sententiam per laicum latam clerico tertio nullatenus prajudicantem, n. 131.
 Inhiberi secularis iudex tunc potest, quando contra clericum nequit procedere, n. 132.
 Ab inhibitione appellatio quando tollat impedimentum Iudici laico inhibito, ut libere possit procedere, n. 133. remissive.
 Inhiberi executor laicus quando contra clericum potest sententiam exequi, quia illi prajudicat an possit ante ceptam executionem, n. 134.
 Inhibitionem si expediat Ecclesiasticus iudex in laicum, antequam incipiat cognoscere de questione facti incidenter rei spiritualis, an ulterius possit valide se contromittere secularis, n. 135.
 Repositionis sententia ob excessum executionis, ac fructus comprehendit etiam si non exprimat, n. 136.
 Sententia ad non expressa porrigitur, cum sit stricti juris, n. 137.
 Fructus suos facit qui auctoritate & sententia iudicis possidet tanquam bona fidei possessor, n. 138.
 Fructus suos an faciat iudicis auctoritate possidens etiam sine titulo vel eo valido, n. 139.
 Executione aut sententia annullata sine rescissa, cuius contemplatione qui possidet, rem cum fructibus restituit, n. 140.
 Tituli resolvable virtute possidens facta resolutione, res cum fructibus interim perceptis restituitur, n. 141.
 Causa quando reducitur ad non causam & titulus ad non titulum cum fructibus restituitur à possessore, n. 142.
 Titulus habens ortum à causa irrita, vel ad non titulum redactus, non operatur fructuum acquisitionem, n. 143.
 Possessionis apprehensio etiam iudicis auctoritate ad non possessionem redacta, res cum fructibus restituitur, n. 144.
 Fructus cum re restituitur, irrita aut annullata sententia, cuius contemplatione quis possidebat, n. 145.
 Fructus restituitur cum re, cui virtus decreti annullati possessio adjudicata est propter debitum, & licet pro parte veri debui, n. 146.
 Bona vendita virtute pretii revocati postea per appellationem, restituitur cum fructibus perceptis à creditore, n. 147.
 Fructus restituantur ei cui bona vendita ob debitum ex iustitia reddi debentur, n. 148.
 Fructus percepti vigore sententia & executionis, tam per viam appellationis, quam revisionis revocata restituitur, n. 149.
 Fructus etiam percipiendi vigore executionis rescissa sunt restituendi, n. 150.
 Fructus percepti, & quos percipere potuit, praestat attentant etiam si in sententia non exprimat, dummodo

sint percepti à tertio, à condemnato attentante causam habente, n. 152.
 Fructus à se perceptos praestat attentantis condemnatus, licet exisset executionem pro iis quos percipere potuit, quando dat tertium qui illos percipit, n. 153.
 Fructuum condemnatio verificatur in perceptis à tertio habente causam ad attentante condemnato, n. 154.
 Dos data filiae ultra taxam legis regie revocatur cum fructibus, n. 155.
 Executionem annullantes senatores ob non servatam formam juris per executionem, quemadmodum bona vendita faciunt restituere, & quando fructus cum inter usurio debiti compensentur, n. 156.
 Excessus est attentatum, n. 157.
 Excessus ad instar attentati reponitur, n. 158.
 Excessus commissionis causae attentatum, quo omnia attentatorum requisiti concurrunt, n. 159.
 Excessus execut. contemplatione possidens, pariformiter ut attentat ad fructus tenetur percipiendos, n. 160.
 A fructibus non exculat bona fides, & auctoritas iudicis illum, qui virtute sententia revocata possidet, n. 161.
 Sententia revocata dicitur illicite praestisse, & retroacta pro attentantis corruunt ipsi iure, n. 162.
 Fructus quilibet etiam bona fidei possessor lite pendente perceptos tenetur restituere, n. 163.
 Retroacta sententia tacite retroacta intelligitur executio eius vigore facta, omniaque quae victor ejus occasione habuit, in praesentium restituitur, n. 164.
 Revocata sententia tacite executio revocata intelligitur, ita ut bono capta relaxentur eodem imperio, quo fuerunt concessa, ac si facta non fuisset executio, n. 165.
 Commissio executionis procedente sententia nulla idem valet, veluti si nulli lata fuisset, n. 166.
 Revocata sententia non praestat bonam fidem, quo ad fructuum acquisitionem, n. 167.
 Ab executorialium executorum appellatio emissa, solet delegari cum clausula (partio iudicato), n. 168.
 Clausula (partio) operatur ut appellans non queat audiri nisi integrali peracta executione, n. 169.
 Clausula (partio) tribuit jurisdictionem conditionalem quatenus si partium iudicatum non aliter, n. 170.
 Clausula (partio) stante, ante omnia possessio dimittenda, & fructus seu expensa usque ad obolum restituendi, alias gesta erunt nulla ex defectu jurisdictionis, n. 171.
 Quod procedit etiam si fiat fructuum oblatio, etiam liquidorum, cum sint cum effectu restituendi, ut tollatur jurisdictionis suspensio, n. 172.
 Executor secundus ad rei restitutionem cum clausula (partio) an excedat procedendo partitionem illorum fructuum, qui tacite & virtualiter in sententia subintelliguntur, n. 173.
 Clausula (partio iudicato) non operatur ultra iudicatum, n. 174.
 Marefcoi opinio refertur afferentis clausulam (partio) non operari in partitione fructuum, quando restitui mandatur, n. 175.
 Obligatus vigore instrumenti ad rem & interesse, si dimittatur sit condemnatus ad rem, clausula (partio iudicato) non operatur respectu interesse non expressi, n. 176.
 Fructuum partitionem tacite subintelligitur in sententia operari clausulam (partio) verius ostenditur, n. 177.
 Fructuum condemnatio per iuris subauditionem facta intelligitur, ubi res mandatur restitui, & verbo (restituere) sententia usa est, n. 178.
 Expressum dicitur in sententia, quod ex ea tacite subintelligitur, & necessario inferitur, n. 179.
 Clausula (partio iudicato) operatur in eo, quod tacite subaudit, & inest in sententia, licet non exprimat, n. 180.
 Pertinentia liquidanda in executione sententiae generalis licet in ea non sint expresse, comprehenduntur sub clausula (partio iudica) n. 181.
 Clausula (partio) operatur in omnibus, quibus sententia

transit

transit in rem iudicatam, vel alias meretur executionem, n. 182.
 Rescriptum Principis recipit interpretationem à iure, cum quo se conformare censetur, n. 183.
 Sententia lata cum legitimo contradicatore, qui primas defensionis partes occupat, nocet habenti juris secundario, & in consequentibus, n. 184.
 Clausula (partio) contra illum, cui virtualiter & secundario res iudicata nocet, etiam non citato, nec expresso in ea, n. 185.
 Clausula (partio) operatur contra tertium rei litigiosa emptorem, à condemnato habentem causam sine immediate, sive media, n. 186.
 Tertio opponenti exceptionem relevantem res iudicata non nocet, n. 187.
 Clausula (partio) non operatur quando res iudicata non afficit rem aut personam, n. 188.
 Exceptio relevans vel non, secundum naturam iudicii executi que dicitur, remissive, n. 189.
 Clausula (partio iudicato) nihil operatur in sententia nulla, quia non meretur executionem, n. 190.
 Clausula (partio) non operatur in sententia notorie injusta patente ex actis, n. 191.
 Excedit executor cum clausula (partio iudicato) si ante partitionem fructuum virtualiter comprehensorum in sententia quae utitur verbo (restituere) procedat in principali, n. 192.
 Sententia non probat ultra id quod ex ea necessario inferitur, n. 193.
 Marefcoi, explicatur, n. 194.
 Excessus executorum ubi sit declaratum, an tota executio reponenda, an pro parte excessus dumtaxat, n. 195.
 Mandatum iudicis relaxatum ultra summam debitam, in totum est nullum, & revocatur, n. 196.
 Mandatum relaxatum partim ex causa falsa, partim ex vera, in totum est nullum, etiam pro summa debita ratione individuitatis, n. 197.
 Sententia ratione excessus in totum est nulla, cum sit individua, n. 198.
 In solum datum, & adjudicatio, si non fiat pro mensura debita, revocatur in totum, n. 199.
 Fideiussio pro majori summa, non valet, etiam pro minori summa, ad quam tenebatur, secundum veriorum opinionem, n. 200.
 Fideiussorem non obligari in plus quam principalis, est forma legis, n. 201.
 Fideiussio in accessoriis, & respectu pena, valet in plus quam principalis, n. 202.
 Locatio per Ecclesiam facta ultra novem annos, nec in tempore permisso sustinetur, n. 203.
 Excessus aliud quid est diversum & separatum à sententia & executione, n. 204.
 Actus totus propter excessum non vitiat in divisibilibus, n. 205.
 Sententia continens diversa capita licet annulletur, excessus pro cateris sustinetur, n. 206.
 Executio tota si propter excessum executoris revocatur, res iudicata rescinditur, n. 207.
 Ab excessu appellatio super eo dumtaxat devolvit cognitionem, n. 208.
 Condemnatus in expensis non potest appellare à taxatione executoris, sed ab excessu, quia foret appellare à sententia transacta in rem iudicatam, & ejus petere rescissionem, n. 209.
 Executio revocatur propter excessum in summa, non tamen ipsum mandatum executivum, n. 210.
 Iudex superior de appellatione sub excessu cognoscens non potest se intronizzare in totius executionis revocatione, cuius cognitio ad eum non est devoluta, sed excessus dumtaxat, n. 211.
 Appellatio à sententia nullitatis alterius sententiae, non devolvit cognitionem super ejus injustitia, n. 212.
 Salgado de Protect. Reg.

Excessum dumtaxat reponendum, non totam executionem, qui probant, ubi de communi praxi, n. 213.
 Decretum non revocatur in totum, sed pro parte excessus & erroris quando ex actis de veritate apparet, n. 214.
 Excedens modum defensionis non punitur pro totis percussione, sed pro excessu dumtaxat, n. 215.
 Excessus separabilis vitiat, sed non vitiat totum, n. 216.
 Executione sententia semel facta, si res in potestatem condemnati iterum deveniat, an nova condemnatio ad illam advocandam sit necessaria, vel idem executor sufficiat, n. 217.
 Causa que semel effectum suum produxit, licet postea cesset effectus tamen non cessat, n. 218.
 Obligatio semel extincta non reviviscit, etiam si res redierit ad priorem statum, n. 219.
 Condemnatus vel obligatus ad rem tradendam si semel tradiderit, liberatur, & obligatio non reviviscit, licet eadem res ad obligatum redierit, n. 220.
 Delegatus super noviter attentatis caret jurisdictione, nisi super executione intra annum, n. 221.
